

Dividitur verò insula univerſa in totidem partes, quot sunt Mundi cardines. Orientalem vocant *Außlendingaſfordung*, occidentalem *Vveßlendingaſfordung*, ſeptemtrionalem *Nortlendingaſfordung*, meridionalem *Suydlendingaſfordung*. Urbibus carent, montes pro urbibus habentes. Fons hic qui fumigantis aquæ vitio nativam rei ejuslibet originem demolitur: & quicquid fumi hujus exhalatione reſpergitur, in lapideæ naturæ durtitiè tranſmutatur formâ dumtaxat ſuperſtite. Eſt & fons peſtilentis undæ, quem qui guſtaverit, perinde ac veneno proſternitur. Sunt latices cerealis poculi proprietatem imitantur. Oceanus autem ſeptemtrionalis in quo hæc insula ſita eſt, tantam piſcium copiam ſubminiſtrat, tantamque Reipublicæ Iſlandicæ utilitatem præſtat, ut non multorum hominum, ſed totius inſulæ ſalus & fortunæ inde pendere videantur. Inde enim omnes aut vivunt, aut victum quaerunt, familiasque ſuſtineant. Hic ſi velim hujus Mariſciû genera omnia recensere, tempus me deficiat. Aliquot verò rariora non abs re fuerit commemorare. Inter quæ piſcis *Nabual*. Hujus carnem ſi quis comedat, ſtatim moritur: habetque dentem in interiori capitis parte prominentè ad ſeptem cubitos. Hunc quidam pro monocerotis cornu vendiderunt. Creditur venenis adverſari. Quadraginta ulnarum longitudinem habet bellua. *Roider*, centû triginta ulnarum eſt, caret dentibus. Ejus caro eſui accommodatiſſima gratiſſimaque; pinguedo multis morbis medetur. *Cetus Britannicus*, longitudine triginta ulnarû: dentibus caret, linguamque ſeptem ulnarum habet. Eſt & maximum *Cetorum* genus quod raro apparet, inſulæ magis quàm piſci ſimile. Inſequi minores piſces præ corporis illâ immmani mole nequit, capit tamen illos ſua quadam arte & aſtutiâ. Alius item piſcis *Stantus* *valur* dictus, totus

cartilagine⁹, rajæ aliquo modo ſimilis: ſed infinitis modis major, inſulæ ſpeciem, cum apparet, præ ſe fert, alis naves evertit. Sunt & *Seenaut*, boves marini, colore grifeo: & alii. Ad montes tranſeo. Iſlandiæ (inquit *Georgius Agricola*) tres ſunt montes elati in Cœlum, quorum vertices perpetuâ nive candēt, radices ſempiterno æſtuant igne. Primus vocatur *Hecla*, alter *Crucis*, tertius *Helga*, id eſt ſanctus. Ab *Heclâ* non longè abſunt fodinæ ſulphuris, penè unicum incolarum mercimonium, & vêtigal inſulæ: mercatores enim naves eo onuſtas evehunt. Mons ipſe cum furit, ut horribilia tonitrua, inſonat, projicit ingentia ſaxa, ſulphur vomit, cineribus egeſtis omnia longè latèque complet, ut ad viceſimum lapidè terra coli non poſſit. Qui naturam cauſasque ejus incendiû curioſiùs contemplaturi propiùs ad montè accedunt, facilè aliquâ latente voragine vivi abſorbentur: nam & multæ ſunt, & cineribus ita tactæ, ut nemo ſibi cavere poſſit. Locû propterea vocant catcerem ſordidarum animarû. Accedit huc, quod quum glacies ſoluta totos octo meſes magnis molibus littori undique allidatur, horrendum ſonum edat, quem incolæ dicunt animarum eſſe ejulatum & quiritationè. Ejulacem naturæ alius mons nomine *Helga*. Hic mons anno 1581, teſte *Iona*, tanto fragore & tonitru ignes & ſaxa eructavit, ut inde ad octoginta milliaria grandiores machinæ bellicæ explodi putarentur. Apud hunc vorago quædam, ubi ſpectra ſe offerunt, congreſſibus hominû tam manifeſta, ut tanquam viventes accipiantur ab ignaris moris illorum: nec deprehenditur error, priùs quàm diſparuerint umbræ. Sed hæc aut fabuloſa ſunt, aut certè Dæmonum ludibria: Ipſe *Iona* fabuloſa putat. *Crantzius* Iſlandos ſpecus plerumque habitare ſcribit, ad montiû latera excavatis manſiunculis. Quod idè quoque

Tomes.

Mares.

Montes.

2. Iſlandia
1850